



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quales facti fuerint angeli. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

diō conditionis primariæ & formam confusionis habuit, & non formam distinctionis & discretio- nis, donec postea formaretur atq; distinctas reci- peret species: ita spiritalis & angelica natura in sua cōditione secundum naturæ habitum forma- ta fuit: & tamē illam quam postea per amorem & conuersionem à creatore suo acceptura erat for- mam non habuit: sed erat informis sine illa. Vnde Aug multipliciter exponens præmissa verba Ge- nesis, per cælum dicit intelligi informem naturam vitæ spiritalis, sicut in se potest existere non cō- uersa ad creatorem in quo formatur: per terram, corporalem materiam sine omni qualitate, quæ apparet in materia formata.

Quomodo dicat Lucifer secundum Esaiam: Ascen- dam in cælum, & ero similis altissimo: cum esset in cælo.

H

Hic quæri solet, si in cælo empyræo fuerunt an- *Esai. 14 d*
geli quum statim facti sunt, quomodo (vt legitur in Esa.) dicit Lucifer: Ascendam in cælum, & ex- altabo solium meum, & ero similis altissimo? Sed ibi cælum vocat Dei celsitudinē, cui parificari vo- lebat: & est tale, ascendam in cælum, id est, ad æ- qualitatem Dei.

QVALES FACTI FVERINT ANGELI,
& quatuor eis attributa sunt in ipso ini- tio suæ conditionis.

DISTINCT. III.

A

ECCE ostensum est vbi angeli fuerint mox vt cre- ati sunt. Nunc cōsequēs est inuestigare, quales facti fuerint in ipso primordio suæ conditionis: & quatuor quidē angelis videntur esse attributa in initio subsistētiae suæ, scil. essentia simplex, id est, indiuisibilis, & immaterialis, & discretio psona- lis, & per rationē naturaliter insitam intelligētia, memoria, & voluntas siue dilectio: liberum quo- que

liberum arbitrium, id est, inclinadē voluntatis, siue ad bonum, siue ad malum facultas. Poterant enim p liberum arbitrium sine violentia & coactione ad vtrumlibet propria voluntate deflecti.

*An omnes angeli fuerint aequales in tribus, sci-
licet in sapientia, in essentia, in liber-
tate arbitrii.*

Hic considerandum est, vtrum in sua substantia spiritali & sapientia rationali & libertate arbitrii, q̄ omnibus inerant, omnes aequales fuerint: vt sic prima cōsideratio de substantia: secūda de forma: tertia de potestate. Persona quippe substantia est: sapientia forma: arbitrium potestas: & ad substantiā q̄dem pertinet naturæ subtilitas: ad formam verò intelligentiæ perspicacitas: & ad potestatem rationalis voluntatis habitas. Illę ergo essentię rationales, quę personæ erāt, & spiritus erant, naturā q̄ simplices, & vita immortales, differētē essentia reunitatē, & differētē sapientiæ perspicacitatem, atque differētē arbitrii libertatem & habitatem rectē habuisse intelliguntur: sicut in corporibus nonnulla differentia est secundum essentiam ac formā & pondus. Quædam n. aliis meliorem ac digniorē essentiam & formam habent: & alia aliis leuiora atq; agilia sunt. Ad hunc ergo modum credendum est illas spirituales naturas conuenientes suæ puritati & excellentiæ: & in essentia & in forma & in facultate differētias accepisse in exordio suæ conditionis: quibus alii inferiores, alii superiores Dei sapientia constituerētur, aliis maiora, aliis minora dona præstatis: vt q̄ tūc per naturalia bona aliis excellebant, ipsi etiā post per munera gratiæ iisdē præessent. Qui n. natura magis subtiles, & sapientia amplius perspicaces creati sunt: hi etiam maioribus gratiæ muneribus præditi sunt, & dignitate excellentiores aliis constituti. Qui vero natura minus subtiles & sapientia mi-